Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

pitiare mei. parce malis meis. ignosce peccatis meis. indulge sceleribus meis.
sana animā meā quia peccaui tibi; Si enī iniquitatē recordaberis. dñe quis
sustinebit. Ad examen tuum. nec iustitia iusti se cura est. Quis enī iustus.
qui se audeat dicere sine peccato. Quis presumat coram te aliquid de iusti
tia. Nullus enī hominum absq; peccato. nullus mundus a delicto. Ecce inter
scōs nemo inmaculatus. ecce qui seruierunt dō. non fuerunt stabiles. & man-
gelis reperta est prauitas. Astra inmunda sunt coram te. cēli non sunt
mundi in conspectu tuo. quanto magis ego abominabilis & putrido & filius
hominis uermis. qui hausi quasi gurgites peccatum. & bibi quasi aquas iniqui-
tatē. qui habito in domo lutea. qui commoror inpuluere. qui terrenum ha-
beo fundamentum. Memorare dñe. quē sit mea substantia. memento quia
terra sum. memento quia puluis sum & cinis. Operi manuum tuarum por-
rige dexteram. consule infirmē materiē. Succure carnali fragilitatī. Pa-
tent tibi uulnera mea. coram te est egritudo mea. tu uides quantum sau
cius sum. & languidus. Medicinam qua sanet tribue. medelam qua curet
inpende. Reuoca infectum uitiis. reforma corruptum peccatis. Extingue
in me flammā concupiscentiē. iacula ignita diaboli me ultra non penetrent.
non exardescant in me ulterius. Tu enī scis temptationes quas porto. tu
scis fluctus quas patior. Tu nosti tempestates quas tolero. ubi lapsus sim.
ubi defluxus sim. ubi infelix dimersus sim tuscis. In curri enī neglegens
inruinam. corrui incautus in turpitudinis foueam; Decidi incēno flagitio-
rum. descendi inprofundum malorum miser; Erue animam meam cap-
tiuatam ab inferis. erue me de inmanissimo abyssō. Non me concludat
profundum. non mihi deneget ueritatem; Ecce dies metuendus iam imi-
net. iam dies ultima uenit. In stat limes uitē. nihil super est prē sē-
pulchrum. nihil super est preter tumulum. Parce mihi ante quam eā.
munda me ante quam abhac uita egrediar. solue prius quam moriar pec
catorum meorum uincula. RATIO Commotus sum ad lacrimas
tuas. ad afflictus (flcs) tuos conpunctus sum; Lamentatio tua me resoluit.
lamentatio tua lacrimas mihi exegit. Lamentando ad lacrimas me coe-
gisti. lamentando ad fletum me commouisti. Ad lamentum tuum lacri-
mis resolutus sum. ad lamentum tuum lacrimas fudi; Dūs tibi optata tribu-
at. dūs tibi ueniam tribuat; Dūs tibi culpas tuas parcendo ignoscat. peccata